



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Io. Francisci Leonis Eporediensis I. V. D. Episcopi Thelesini Thesaurus Fori Ecclesiastici

Leoni, Giovanni Francesco

Coloniae Agrippinae, 1682

20 Bona acquisita beneficiario, qui non habet redditus vltra summam
ducatorum triginta, non cadunt sub spolio.

urn:nbn:de:hbz:466:1-10316

tract. de red. eccles. quest. 1. mon. 19. n. 1. 18

Ratio autem differentiae, quod redditus beneficiorum cadunt sub spolio, non autem quaesita ratione ordinis clericalis, ea est, quod bona beneficiorum habent onus dandi superflua pauperibus, & ratione ordinis quaesita tribuuntur eis sine vlllo onere. Navar. eod. mon. 19. in fin. sunt namque eorum propria, ut inquit B. Thom. 2. 2. quest. 185. art. 7. & post Oldr. & alios plures citatos Pagn. super Direct. Inquisitor. par. 3. lib. 3. Schol. 154. §. postremo quaedam.

16 Quinto, quod beneficiati de his, quae de suo honesto victu parcius vivendo serviant, licite disponere possunt, quia commodo sua quasi industria, & labore quaesita censentur patrimonialia, quae propterea in spolio venire non possunt, ut sentit, S. Thom. 2. 2. quest. 185. art. 7. Major in 4. dist. 24. quest. 17. probant Adria. in 4. de rest. quest. 12. & Sot. lib. 50. quest. 4. art. 3. de just. & jur. quos sequitur a probando, tenendo, & firmando, dictam conclusionem Navar. d. tract. de redd. eccles. mon. 36. numer. 2. tom. 1.

17 Sexto, quod quaesita, alios litteras docendo publice, vel private legendo (dummodo sine praedjudicio residentiae, quo ad beneficiatos obligatos ad residentiam personalem) quae dicuntur etiam quasi patrimonialia, & praesertim, si ob tenuitatem beneficiorum, ac necessitatem, vel inopiam insurgentem haec officia exercentur, l. legatis, §. si ex officio, & ibi gloss. in ver. officium, & Bart. numer. 2. de leg. 3. & Innocentius in cap. cum in officiis, numer. 4. de testam. quia ex legitimo artificio quaesita dicuntur, d. cap. relatum, §. ceterum, cum aliis supra allegatis.

Septimo, quod donata in vita saltem, quae juste donantur, loco eorum, quae de proprio pro expeditione Bullarum Episcopatuuum, vel aliorum beneficiorum; & in paramentis ecclesiasticis, ac mobilibus, in paranda domo ante fructuum beneficiorum perceptionem exponuntur, quae proculdubio exposita non fuerunt ex redditibus ecclesiasticis, & tunc loco eorum, quae ecclesiae acquiruntur, ac sub spolio cadunt, beneficiarius poterit tantundem tuta conscientia, & legitime in vita donare, cap. injustum, §. item, & cap. seq. 12. quest. 2. Navar. eod. com. de spol. cleric. §. 6. numer. 2. ante vers. tertio noto. & titul. de reddit. eccles. quest. 1. mon. 27. numer. 3. circa fin. eademque ratione, titulo donationis possunt legitime sacerdotes fratribus, aut aliis consanguineis rusticis, aut aliis pauperibus donare, qui (ut ferè fit) labore, sudore industria, ac expensis fratrum, vel parentum rusticorum laborantium in scholis ad ediscendum, quod donec ordinem sacerdotalem suscipiant, manentur, quia ad attendenda sunt obligati, & donant ad extinctionem debiti praecedentis.

Octavo, quod nullum spolium camerae fieri, nec quidemquam a quibusvis spoliatorum camerae collectoribus, vel subcollectoribus exigi, vel percipi potest per obitum eorum, qui dum viverent, unum, vel plura beneficia ecclesiastica obtinebant, cujus vel quorum omnium fructus, redditus, & proventus, una computati triginta ducatorum auri de camera, secundum communem aestimationem, valorem annum non excedebant, aut, qui pensiones annuas super quibusvis fructibus ecclesiasticis usque ad dictum valorem annuatim, & non ultra, perceperint, ut in d. constit.

- Pij V. in Bull. Rom. cap. 43. & in d. com. de spol. clericor. §. 8. num. 1. vers. *præerea*, & 24 num. 7. Quia cum ex similibus beneficiis, & redditibus vix possit quis propter eorum tenuitatem sustentari, si quis, non excedens dictos annuos redditus, nihilominus post obitum relinquat bona acquisita, pecunias, aut mobilia, præsumuntur acquisita ratione ordinis clericalis, officij ecclesiastici, aut alterius legitimi exercitij,
- 25 ¶ quia, quando factum potest se habere ad delictum, & non delictum, præsumitur in meliorem partem, Bart. in l. non solum, §. sed. ut probari, ff. de nov. oper. nunci. Abb. in cap. auditu & ibi. Felin. num. 33. de præscrip. & in cap. in præsentia, num. 13. vers. sed ultra. de probat. & Gabr. in cons. 275. num. 2. vol. 1.
- 26 Nec obstat, ¶ quod res, quas clericus post clericatum acquisivit, præsumuntur de redditibus ecclesiæ acquisita, ut per Innoc. eod. cap. cum in officiis, num. 3. de testam. quia Innocentius loquitur, & ejus dicta procedunt in bonis à Prælati defunctis relictis, qui amplos redditus habebant. Sed hoc casu, quo beneficiati, juri novo per dictam constitutionem inducto, habent legem certam, & favorabilem, qua non excedentes annum redditum ecclesiasticum triginta ducatorum non faciunt spoliū, si acquirunt, præsumuntur legitime acquisivisse, ut sentit Innocentius in d. cap. cum in officiis. num. 27. ver. quidam tamen.
- 27 Et hæc ¶ præsumptio in jure, & majori verisimilitudine fundata contrariam præsumptionem excludit, cap. quia, & cap. litteras, ext. de præsumptionibus, & ibi Innoc. eod. num. 3.
- Cum enim fundamentum intentionis camerae consistat in illicitis, quæ præterduntur ab ecclesiastico gestis, illud probare tenetur, cum ¶ etiam reus in excipiendo efficiatur actor, & ejus exceptionem probare teneatur, l. 1. ff. de except. Felin. in cap. auditu, num. 33. de præscrip.
- Maximè, si hæres reperiatur in possessione, quia tunc non est privandus, donec probetur bona cadere sub spolio, & camerae onus probandi incumbit, cap. nulli junct. gloss. 12. quest. 5. gloss. in cap. sine manifest. in ver. probatur, in fin. ead. cau. quest. 1. & Pau. de Castr. in l. si quis presbyter. n. 4. C. de episc. & cler.
- 16 Non d. ¶ nec cadunt sub spolio, quæ beneficiatus, dum viveret, emit ex redditibus ecclesiasticis pro sua ecclesia, vel ei, aut aliis ecclesiis vel locis piis tradidit sine fraude: ut si quis fundaret beneficium ecclesiasticum, & emeret redditus pro dotandis amore Dei puellis, aut ad alia opera pia erogaret, dummodo, ipso vivente, dominium fuerit translatum: quia tali casu tempore mortis ecclesia, seu alia loca pia habent dominium, & possessionem, & tunc beneficiatus est eisdem bonis exutus, quæ propterea non vacant, nec in spolio cadere possunt Navar. d. com. de spol. cleric. §. 1. nu. 4. & §. 6. nu. 2. junct. vers. tertio noto.
- Decimò, ¶ nec fit spoliū de distributionibus quotidianis, quia efficiuntur bona propria clericorum, & uti quæ sita ratione laboris, & legitimi servitij, de illis ecclesiastici disponere possunt Gemin. in cap. præfenti, de offic. ord. in 6. Dec. in cons. 280. colum. 1. Covar. in cap. cum in officiis, numer. 4. de test. Redo. in tract. de spol. eccles. quest. 1. numer. 27. vers. ulto.